

**PRIVILEGIUM CONSTANTIS ET HERACLII IMPERATORUM AD MAURUM EPISCOPUM
RAVENNATEM.**



«PERSPECTUM, ATQUE FIDELI ANIMU SANCTITATIS VESTRAE, QUOD CIRCA
NOSTRUM PIUM IMPERIUM QUAE HACTENUS EXHIBUIT IPSIUS PROfecto OPERIS
NOSTRAM SAEPE DEMONSTRAT PIETATEM, ET QUOD PROPOSITUM SUUM ERGA
NOSTRUM SERVITIUM AMPLIUS QUAM AMPLIUS VIVACITER EXERCEAT, NON SOLUM
SUGGESTIO GLORIOSI EXARCHI NOSTRI, UNDE PRAESTITA SIBI INDICAT SOLATIA,
VERUM ET SUAE RELATIO SANCTITATIS PER REPARATUM DEO AMABILEM
PRESBYTERUM ET VICEDOMINUM MISSA, PER QUAM ETIAM UT MULTO AMPLIUS
PROTECTORES EXISTERE DEBEAMUS CHRISTO DILECTAE NOSTRAE ITALIAE
PROVINCIAE, VEL SANCTAE EJUS RAVENNATI ECCLESIAE; ET IDEO BONI PASTORIS
PRO COMMISSI OVILIS CURAM GERENTIS OPUS EST PRO QUO ET CONGRUAM
DISPOSITIONEM PRO SALUTE NOSTRAE CHRISTO DILECTAE ITALIAE PROVINCIAE
AGENDAM PRAECEPIMUS PER NOSTRAM PIAM JUSSIONEM GREGORIO EXARCHO
NOSTRO, ET HORTAMUR SANCTITATEM VESTRAM IN OMNIBUS PRO NOSTRO SERVITIO
. HABERE. QUIA AUTEM ET PRO SUAE POSTULAVIT PROTECTIONE
ECCLESIAE, CREDIMUS EAM JAM SATISFACTAM ESSE, QUIA NIHIL NEGLECTUM EST,
QUOD AD SALUTEM, STABILITATEM, VEL HONORIS AUGUMENTUM VESTRUM
VESTRAEQUE ECCLESIAE PERTINET, PRIVILEGIIS EAM MUNIENTES, QUIBUS AB OMNI
MAJORIS SEDIS DITIONE EXUI, ET SUIS ESSE JURIS EAM SANCTAMQUE EJUS POST EAM
ECCLESIAM, SANCIVIMUS, ET FIRMAM, STABILEM, ATQUE INCONVULSAM MANERE
JUSSIMUS PERPETUO. SED ET NUNC PRO AMPLIORI ALACRITATE MENTIS EJUS PER
PRAESENTEM NOSTRAM PIAM JUSSIONEM SANCIMUS AMPLIUS SECURAM ATQUE
LIBERAM AB OMNI SUPERIORI EPISCOPALI CONDITIONE MANERE, ET SOLUM ORATIONI
VACARE PRO NOSTRO EXORANDO IMPERIO, ET NON SUBJACERE PRO QUOLIBET
MODO PATRIARCHAE ANTIQUAE URBIS ROMAE, SED MANERE EAM AUTOCERHALON,

ET SANCTAM EJUS POST EAM ECCLESIAM, CUM OMNIBUS SIBI PERTINENTIBUS PER DIOCESIM, ET PAROCHIIS ORDINATORIBUS, SICUT RELIQUI METROPOLITAE PRO DIVERSIS REIPUBLICAE MANENTES PROVINCIIS, QUI ET A PROPRIIS CONSECRATUS EPISCOPIS, VESTRIS VIDELICET, ET DECORE PALEI, SICUT NOSTRAE DIVINITATIS SANCTIONE, SUPERNA INSPIRATIONE PERLARGITUM EST. OPORTET NAMQUE NOS EXIMIA DEVOTIONE HONORARE EOS QUI SE NOSTRO SERVITIO TOTO MENTIS INTUITU INSTANTER DEVOVERUNT.

QUID VERO AMPLIUS EST HONORABILE, QUAM EA QUAE ITA A NOBIS PIE TRACTATA SUNT, PERTINENTIA AD HONOREM SACERDOTIS DEVOTI, ATQUE SINCERI NOBIS NIMIUM PARENTIS. PROVIDE HORTAMUR PATERNAM BEATITUDINEM VESTRAM OMNIPOTENTEM DOMINUM INCESSANTER ORARE PRO DILATANDA CREDITA NOBIS AB EJUS MAJESTATE ROMANA REPUBLICA. FIAT.

LITTERAE IMPERATORIS. DATUM KAL. MARTIAS SYRACUSA; IMPERANTIBUS DOMINIS NOSTRIS PISSIMIS PERPETUIS AUGUSTIS CONSTATE MAJORE IMP. ANNO 25, ET POST CONSULATUM EJUS ANN. 14, ATQUE NOVO CONSTANTINO HERACLIO ET TIBERIO A DEO CONSERVATI FILII; CONSTANTINI QUIDEM ANN. 14 HERACLIO AUTEM, ET TIBERIO ANN. 7.»

(PDL XVI, 0676B)